

„ avarum, sed etiam sententiæ de ipso a Pontificibus
 „ lata contemptorem: denique eum qui aperte se ini-
 „ quissimo & summe impio Simonia scelere astrinxerit,
 „ atque, ut suo met ore confessus est, XXI. Canonem
 „ Ss. Apostolorum conculcaverit, diserte sic dicentem:
 „ Siquis Episcopus pecunia data, hujus dignitatis com-
 „ pos factus fuerit, aut Presbyter vel Diaconus, depo-
 „ nitor & ipse, & qui eum ordinavit, atque prorsus
 „ a communione excinditor, sicut Simon magus a me
 „ Petro „, Et post Synodicam Sententiam, Patrumque
 „ LII. Subscriptiones (quorum primus *Paisius Archiepiscopus*
 „ *Achridaram*, & postremus *Episcopus Melenici*) p. 174.
 „ Malaxus hæc addit. „ Peracta dejectione illius, Conci-
 „ lium a Pontificibus coactum est, in quo hi suis lo-
 „ cis, pro dignitate muneris sui Ecclesiastici quisque,
 „ confederunt, Patriarchæ faciendi causa. Tunc una ea-
 „ demque mente & voce Decretum ibi ab eis factum
 „ est, quo Simonis scelestissimum impietatisque plenum
 „ vitium excindebatur, videlicet, ne ullam caperent in
 „ designationibus pecuniam; sed divinorum (1) & Sacro-
 „ rum Canonum vigesimi noni & trigesimi Sententiam
 „ inviolatam retinerent. Quodsi ullus quicumque esset
 „ Præsulum, hos Canones transfret, jam tum per (2) se
 „ functione muneris sui dejectum esse.

Prosequitur idem Malaxus p. 175. *περὶ δὲ τῆ ἐμβατι-*
νικῆ, ἐσυχώρησαν, καὶ τὸ ἐπέρην. Nihilominus tamen *Em-*
baticium accipi permiserunt. Quid sit τὸ ἐμβατικόν, *Emba-*
taticium, Martinus Crusius loc. cit. hæsitanter sic exponit:
Domi (3) *nescio quid, quod initio daretur.* Theodosius Zy-
 gomalas in margine: *ὅτε τινὶ ἐκκλησίαν ἐδίδον, ἀργυρίου*
τι ἐλάμβανον. ὃ περιλαμβέμενον ὄν ἄς λέγει συγχώρησαν. ἢ τῆς
παράνομης συγχώρησεως. Quando alicui Ecclesiam dabant,
 argentum quiddam accipiebant: id quod est veritum:
 quo pacto dicit, *Permiserunt?* O iniquam permissionem! Mi-
 hi certum est, *Embaticium* nihil aliud esse, quam ea

Lib. II.

P p p p

pen-

(1) Græc. text. *καὶ μηδὲν ἐπέρην φλόριζ, ὅταν κάμουν χριστοσύνη.*
 „ Ne ullos caperent Florenos quum ordinationem peragunt.

(2) Græc. *καὶ ἐναι ἀντοκαθαίρετος, ut per se esset depositus.*

(3) Leg. *Domi.*